

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 951

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

833

P A T R I S T I C I .

834

*vetus incipiens arescere reuiuiscat.
Quomodo quidam fructus acetosi
efficiantur in arbore dulces. Si uis
ut aliqua gemma uel qualiscunque
res crescat in pomo. De plantan-
dis arboribus amigdalorum et auel-
lanarum prunorum uel cerusorum
uel etiam persicorum, et sic ulte-
rius vera fabulofis mixta, prout
ea aestate rerum naturalium cog-
nitio ferebat. Ad calcem: Ex-
plicit compendium godfridi de plan-
tacionibus arborum per fratrem an-*

*dream podman de arnbem. Anno
domini MCCCCLXXIX. ordinis
dyaconatus sui primo anno.*

CCXLIII. VII. C. 25.

Codex membraneus lat. Sec. 207
XII. Folior. 191. f. per duas Co-
lumnas eleganter exaratus, ru-
bricis distinctus, bonaeque notae
Possefforem prodit sequentibus
veribus, qui in principio fol. ver-
so leguntur:

*Librum presentem patrum dictis redolentem
Abbas preclarus fecit scribi Gebehardus.
Uirginis eximię digna pro laude marie.
Ut peccatorum purgata fece suorum
Uirtus uirtutem comitetur ad usque salutem.
Istud ad oramen lector respondeat amen.*

Fuit *Gebehardus* hic *Coloniensis*
Abbas Coenobii Windbergensis
Ord. Praem. in Bojaria, eique
per annos L. praefuisse dicitur.
Memoria ejus recurret infra in
Codice, qui I. exhibit *Johannis Cassiani* Monachi *Maffiliensis* e
Galliae Provincia, ut firmior fert
sententia, oriundi, Scriptoris
Sec. V. pii et erudit sed *Semipelagianismi* labe notati *Classem secundam* et *tertiam Collationum* si-
ve *VII. Collationes PP. in Thebaide Aegypti*, et *VII. Collationes PP. in ulterioris Aegypti Partibus*, ita, ut absint X. primae
Collationes PP. in Eremo Scythi seu *Σκυτεως*. Titulus miniatus
hic est: *Incipit prefacio Cassiani eloquentissimi uiri ad Honoratum episcopum (Arelat.) et Eucherium famulum christi. Sunt, qui Hono-*

ratum tardius ad Episcopatum evectum fuisse autument, id, quod saltem de Eucherio Lugdunensi certum est. Praefationis initium: Cum uirtutem perfectionis uestre qua uelut magna quedam luminaria &c. Post hanc: Incipiunt capitulo collationis Cheremonis, quae exacte cum impressis concordant. Incipit collatio prima abbatis Cheremonis de perfectione. Et sic deinceps quamvis Collationem praeit Elenchus Capp. qui in sola Collatione IV. ab editis variat, quae ibi Capp. XIX. nobis vero XXI. censet, materia tamen utrobique integra. In universum lectio vix quidquam abit ab editione Fran- cof. 1722. f. si finem Collat. ult. excipias, quem ex Cod. adscribo: quippe cum et profectio lectoris sit, si sublimitatem sensuum contem-

Denis Codd. mss. theolog. Bibl. Pakat.

G g g

ple-

2025-07-01

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 951

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

835

C O D I C E S A

836

pletur, hoc quod imperitia nostri sermonis offenditur, obesse non pos-
sit, et nobis maior sit utilitatis cu-
ra quam laudis. Hoc sane omnes,
ad quorum manus opuscula ista per-
uenerint, moneo, ut quidquid in
eis placuerit, patrum, nostrum
vero sciant esse, quod displicet.

Classis Tertia, five Collationes a XVIII. ad XXIV. et ultimam hujusmodi inscriptione miniata gaudent: Incipit prefacio Cassiani eloquentissimi uiri ad Jouinianum. Mineruum. Leontium. et Theodo- rum. In quo opusculo continentur collationes VII. que et nouissime a Cassiano editæ sunt. et diuersorum confabulatione patrum elimate. In hac Praef. quam cum edit. supracit. contendi, legitur Emissus pro Emensis, item erronee sex alias pro septem alias, denique inter beato episcopo et Honorato interseritur et nomine et merito. Capitum Elenchus etiam in hac Classe Collationes singulas prae- currit, sed interdum numero ab editis varians. Ita Coll. XX. edi- ta censet Capita 11. Codex 10. Coll. XXI. 36. Cod. 33. Coll. XXIII. 21. Cod. 22. Coll. XXIV. 26. Codex 27. quin tamen Tex- tus quidpiam deficiat. Illud etiam observo, Elenchum nostrum msptum fideliores esse editis, quam ipsi Codici, indicat enim Coll. XXI. Capp. 36. Coll. XXIII. 21. Coll. XXIV. 26. quae reip- sa in editis hoc numero sunt, non vero in Codice. Ceterum, si de nova olim Cassiani editione age- retur, non negligendum foret elegans hoc subsidium, ad cuius

calcem legis minio: *Explicant collationes sanctorum patrum.*

II. fol. 178. Bulla Alexandri III. qua anno 1177. universa Praemonstratensis Ordinis Statuta confirmavit. Deest in Bullario Rom. sed exhibetur in Aub. Miraei Chronico Ord. Praemonstr. Col. 1613. p. 147. 8. et incipit: *In apostolice sedis specula &c. Cum vero Miraeus Testium No- mina praeterierit, juvat hic ea ex Cod. adscribere. Ego Alexan- der catholice ecclesie episcopus. Ego bubaldus hostiensis episcopus. Ego eualterius albanensis episco- pus. Ego chvonradus mogontinus archiepiscopus et sabinensis. Ego guilis (Guilielmus) portuensis et sancte rufine episcopus. Ego man- fredus prenestinus episcopus. Ego ardicio diaconus Card. sancti theo- dori. Ego hugo diaconus card. S. angeli. Ego bildebrandus basilice XII. apostolorum presbiter card. Ego iohannes presbiter card. tituli sancte anastasie. Ego bofo pres- biter Card. sancte pudentiane tituli pastoris. Ego Theodinus presbiter card. S. uitalis tituli uestine. Ego petrus presbiter cardinalis tituli sancte susanne. Ego iacinetus dia- conus card. sancte Marie in Cos- midin. Ego chincius diaconus Card. S. adriani. Ego laborans diaconus Card. sancte Marie in porticu. Datum ferrariæ per manum gra- ciani sancte Romane ecclesie sub- diaconi et notarii. V. K. Maii. in- dictione. X. incarnationis dominice anno. M° C° LXX° VII°. pontifi- catus uero domini Alexandri pape tercii. anno octauo X°. Ego hugo*

pre-

2025-07-01

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 951

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

837

P A T R I S T I C I .

838

premonstrati dictus abbas cum ceteris coabbatis notum esse uolumus omnibus qui hoc transcriptum legerint. quod dominus papa Alexander ad firmamentum et incrementum ordinis nostri misit nobis priuilegium secundum tenorem transcripti buius. cuius bullam in premonstratenſi ecclesia seruari scripto presenti significamus. et communis sigilli appositione testamur.

III. fol. 181. p. 2. Friderici I. Rom. Imperatoris Diploma, quo Gebehardo abbati Windibergensi ejusque Coenobio O. Praemonstr. in Bojaria Bohemiam ver-

fus fito, atque a Comite Albreth de pogon cum filiis suis Hertuic et Perhtolt, ut in Dipl. dicitur, fundato, specialiter, ut ait, pro amoris priuilegio quem ad dictum abbatem Gebehardum uirum religiosum habemus, Bannum confirmat. Gebehardum hunc Virum egregium fuisse cum hoc, tum Versus demonstrant, quos ex binis Codd. Windbergensibus excerptos repraesentavit Bern. Pezius T. VI. Thes. Anecd. col. 441. in quibus praeter alias laudes de eo dicitur:

*Hic locus a fundo sub eo pastore Secundo
Per celerem saltum muris excrevit in altum.*

Itaque non praefuit Tertius, ut in Hundii Metrop. Salisb. T. III. p. 341. legitur, ubi etiam errore, ut opinor, typi Gerhardus audit, qui error deinceps in magnum Lexicon univerſ. transiit. Initium porro Diplomatis est: *In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego Fridricus dei gratia &c.* Cum iusticiam cuilibet seruare noſtre conueniat serenitati. noſtram tamen imperialema maiestatem hoc est quod maxime exornat &c. Noſmina testium ad calcem: *Wicmannus archiep. madeburgensis. Chuno ratisponensis episc. Typoldus patauiensis episc. Richerus brixiensis episc. Ortuinus scriba curie. Henricus dux bavariae et saxonie. Henricus dux austriæ. Hermannus dux carinthie. Otto et frater eius Otto palatini. Pertoldus marchio de uobburgh. Pertoldus*

marchio de istria. Rapoto de ortenberg comes. Fridricus et Henricus castellani. Henricus et frater eius fridricus de altendorf. Babo. Wernherus fratres de elembreschyrchin. Engelsalcus de wolva. Ministeriales comitis nostri. Hertuicus de swarza. Henricus et Ruodulfus frater eius. Hugo. fridricus. Gerhochus. Ruodulfus. Marquardus. Gozpoldus de swarza. Marquardus de rincberg. Ministeriales Ratisponenses. Uodalricus uicedominus. Sigwardus de eberspeunt. Altmannus de egloffsabeim. Hertuicus de sunzing. Chunradus de ceidlarn. Et alii quam plures qui predice curie interfuerunt. Exiit autem hoc edictum a nobis anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi. Mill. C.LXX. III. Indiæ. VII. II. k. Junii. Datum in ciuitate Ratisp. per manum Got-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 951

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

839

C O D I C E S

840

fridi cancellarii. Unitas una fefelit Librarium; neque enim in annum 1173. cadit Indicio VII. sed in an. 1174. et hoc demum anno Fridericus celebravit Ratisponae curiam tam celeberrimam, ut ait Chronicon Reicherspergense ex edit. Gewoldi p. 241. quod nulla memoria est unquam talem habitam in partibus Bauariae. Deest mentio hujus Dipl. in Georgischii Regestis, neque in Monumentis Boicis Chartae Coenobii Windbergensis Vol. XIV. adlatae illud continent.

IV. fol. 183. *Incipit epistola quam misit Johannes presbiter ab*

*Nulla venena nocent, nec garrula rana coaxat.
Scorpio nullus ibi, nec serpens serpit in berba.*

Typis porro excusum est Figmentum istud jam Sec. XV. non tantum solum, sed etiam cum *Johannis de Hese Presbyteri Trajetensis Itinerario in Terram sanctam* char. goth. f. 1. et a. in 4. verisimiliter *Argentineae*. Non tamen *Johannis* hujus partus esse potest, utpote, qui non, ut *Pezius* in *Cod. Tegernseensi* male legerat, anno DCCCLXXXIX. sed, ut ipsem in principio narrationis suae ait, anno MCCCLXXXIX. in peregrinatione sua versabatur: exemplum vero in *Cod. nostro* jam Sec. XII. descriptum fit. Finis autem in *Cod. nostro* in iis verbis: *ac si omni genere ciborum effemus impleti. quibus, quod gaudeo, Librarius adjicit: Si uis credere, crede. In impressis adjectum est aliud Caput, inscrip-*

*india Emanueli regi Grecorum. Initium sic habet: Presbiter Johannes potentia et uirtute dei et domini nostri ihesu christi rex regum et dominus dominantium terrarum. Emanueli romeorum gubernatori salutem. gaudere et gratia ditanti ad ulteriora transire. Nuntiabatur apud maiestatem nostram, quod diligebas excellentiam nostram &c. Nugae nugarum. Inter alia *Pretejanes*, quo nomine *Abyssiniae* Principem fabulatores olim *Odeutai* designabant, non infelices cudit versiculos; habet enim terram, ubi*

tum: *Quare hoc nomine presbiteratus (Imperator Habess.) insigniri voluit, quod etiam in edit. Antverp. a Nic. Mamerano 1565. 8. procurata legas. Duo addam: primum, videri epistolae hujus nullam fuisse notitiam solertissimo *Jobo Ludolfo* in suis de *Aethiopia* lucubrationibus; alterum, adornasse ex ea *Julianum Datium Florentinum* Cantus duos rhythmicos, *Primo e secondo Cantare dell' India*, qui lucem videre *Romae* 1494. 4. ut docet *Job. Bapt. Audiffredius* vir doctissimus in egregio suo Catalogo *bist. crit. Romanar. Edit. Sec. XV. Romae* 1783. 4. proculo.*

V. fol. 187. p. 2. *Prefacio in sermonem Bernhardi abbatis clarueall. habitum ad episcopos in concilio remensi. Extat Cento iste Bernar-*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 951

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

841

P A T R I S T I C I .

842

nardianus edit. Opp. Paris. 1690.
 T. V. p. 735. praefixa hac crisi
Mabillonii: *Non est Bernardi*
Episcopos universosque Praelatos
fratres appellare, quanto minus
diabolos &c. ut sit in isthoc Sermon-
e. Quoniam vero in editione illa
Praefatio deest, eam hic adtexam.
Rogasti me iam sepius o cultor pau-
perum christi deuotissime quatenus
Sermonem Bernhardi abbatis cla-
reualensis in concilio remensi ad
episcopos habitum litteris demanda-
tum tibi transmitterem quod ual-
de difficile immo impossibile pene
mibi uidetur. eo quod non solum ante
tot annos. uerum ab beri et nu-
dius tercios auditu si arcus memo-
rię non recondantur. facillime obli-
uioni tradantur. Quindecim quip-
pe anni transacti sunt. ex quo sy-
nodus illa babita est. (Habita est
anno 1148. anno itaque 1163.
haec scripta sunt) Sed quia de-
uidus tua fide que per dilectionem
iam frequenter bonum operata est
in me negare nequeo quidquid po-
stulaueris. rogo te per caritatem
christi ne me ista dictasse sincerita-
ti tuę prodas. neque commendatum
tibi sermonem alieno uel inuido
communices. quia non uerbum ex
uerbo uti tunc in sermone isto pro-
lata sunt. sed seriem materiei vix
tenere potui. Itaque cum consedis-
set sacer ille conuentus. et ut ue-
rum fatear pre multitudine archie-
piscorum. episcorum. abbatum.
prepositorum. et aliorum clericorum
pene innumerabilis. stans su-
pra memoratus abbas a dextris pa-
pę uenerandi eugenii indicio silen-
tio sic exorsus est.

CCXLIV. VII. C. 25.

Codex chartaceus lat. Sec. 18²
 XV. Folior. 207. f. per duas col-
 umnas scriptus complectitur se-
 quentia: I. Commentaria D. Hiero-
 nymi in Jeremiam hac inscrip-
 tione miniata: *Incipit Prologus*
beati Jeronimi presbiteri ad euse-
bium In explanationem Iheremie
prophete. Post explanationem duo-
decim prophetarum &c. Finis: De-
dit dona hominibus. Legitur T.
IV. Opp. edit. Vallars. col. 833.

II. fol. 98. *Incipit explanacio*
in lamentationes ieremie prophete.
Liber I. de primo alphabeto et se-
cundo per Jeronimum: Initium
Praefationis: HABES in lamenta-
tionibus ieremie quatuor alphabeta
&c. usque ad illa verba: per
quem uenitur ad regnum sempiter-
*num, excerptum est ex Hierony-
 mi epistola ad Paulam, quae ha-
 betur edit. supracit. T. I. col. 144.*
et totus hic Tractatus libris III.
constans, Hieronymoque falso ad-
scriptus extat inter Supposititia
T. V. edit. Maur. col. 801.

III. fol. 121. p. 2. absque ti-
 tulo sequitur Hieronymi Expla-
 natio in Daniel. Praefatio incipit:
Contra prophetam Daniel
duodecimum librum scribit
Porphyrius &c. Ultima Commen-
tarii, qui edit. Vallars. T. V.
col. 617. legitur, verba sunt:
quid ei respondere debeamus.

IV. fol. 157. Commentaria in
Cantica Canticorum absque titu-
 lo. Initium Prooemii: *Donum sa-*
pientie cum Salomone poscente a
vero pacifico postulata consequi &c.